

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

36. Summe decet, &c. Constitutio quâ omnes Litteræ Apostolicæ,  
Privilegia, immunitates, & Exemptiones Ordini Fratrum Minorum, nec non  
B. Claræ, & Tertio de Pœnitentia, à Romanis Pontificibus olim ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

ANNO  
1727.

39 debere, irritum quoque decernimus, & inane; si fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilectis filiis, moderno, pro tempore existenti Nostro, & Sedis prefatae Nuntio in Regnis Hispaniarum commoranti, & Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscopi Panormitan, Vicario in Spiritualibus Generali, & Episcopi Barchinonae. Officiali per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem praesentes, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderatorum, & pro tempore existentium Abbatis, & Monachorum, ac singularum Personarum, nec non Confratrum hujusmodi, aut alicujus eorum fuerint requisiiti, solemnitè publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis praesidio afflentes, facient auctoritate nostra præmissa omnia inviolabiliter observari, non permittentes moderatorum, & pro tempore existentes Abbatem, & Monachos, ac singulas Personas, nec non Confratres hujusmodi desuper quomodolibet indebet molestari, facultatemque habeant citandi, & inhibendi Contradictores quoslibet, & Rebelles per Sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Jutis, & Faeti remedia, servat tamen formam Concilii praefati, appellatio ne postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis Processibus Censuras, & penas ipsas, etiam saepius, & quoties illis expediens videbitur, aggravando, & reaggravando, invoca-

7 ro etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii secularis, non obstantibus felicis etiam Recordationis Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris nostri, in qua cavetur expressè, ne quis extrahat suam Civitatem, vel Diocesim, nisi in certis tunc expressis Casibus, & in illis ultrà unam Dietam à fine sue Diocesis ad Judicium evocare, seu ne Judices à Sede Apostolica deputati extra Civitatem, vel Diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut aliis, vel alias suas vices committere audeant, vel praesumant, & in Concilio Generali edita de duabus Dietis, dummodo ramen ultrà tres Dietas aliquis vigore 49 earundem praesentium ad Judicium non trahatur, nec non nostrā, & Cancellariæ Apostolice Regulâ de Indulgentiis ad instar non concedendis, ac quibusvis alius Apostolicis etiam in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilii editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Monasterii, & Ordinis praefatorum ac Confraternitatis praefatae, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmata roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis Superioribus, & Personis in contrarium earundem præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ac expressa, & individua, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observata inferti forent, praesentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permanuris, hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expressè harum serie derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostræ Absolutionis, Approbationis, Con-

firmationis, Roboris, Adjectionis, Defectuum suppletions, Decreti, Derogationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie,

Si quis autem hoc attentare præsumperit, Indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo septimo, 13. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostræ Anno quarto.

I. B. Cauccius. A. Pagni Pro Sigill.  
Loco ✠ Plumbi.

C. A. Sabbatuccius.  
Registrata lib. 6. Divers. fol. 6. usque ad fol. 10.

XXXVI.

Constitutio quæ omnes Litteræ Apostolicae, Privilegia, Immunitates, & Exemptiones Ordini Fratrum Minorum, nec non B. Clares, & Tertio de Penitentia, à Romanis Pontificibus olim concessa, approbantur, confirmantur, & speciali forma innovantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,  
Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

I.  
Proximi-  
um.

SUMME decet, ut quæ Romani Pontifices Antecessores Nostræ Ordinibus Regularibus, magna pietatis, & doctrinæ laude in Ecclesia fulgentibus, privilegia confferant, ea iterum per Nos confirmant, qui Regulari professionem emisimus, quique ex injuncto divinitus Parvitatæ Nostræ Apostolatus officio tenemur eosdem Ordines Sanctæ Matri Ecclesiæ diu, noctuque famulantes, gratis, & largitionibus Apostolicis in tam laudabili proposto confore.

Sanè ex parte dilecti Filii Fratris JOSEPHI MARIAE AB EBORA Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci de Observantia uncupatorum, Nobis expositum est, hanc Sanctam Sedem Apostolicam eidem Ordini in Religiosa vivendi Regula, & Evangelica Paupertate per vestigia Beati Francisci Auctoris sui fideliter incedenti, plurimis privilegiis se munificam, & liberaliter ostendisse. Quidam enim ex Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris Seraphicam corundem Fratrum Minorum Regulam saepenumerò, etiam in secundo generali Concilio Lugdunensi, approbaverunt; Alii verò quamplurimas exemptiones, immunitates, libertates, facultates, favores, Indulgencias, etiam plenarias, atque animabus in Christi charitate defunctorum applicabiles, peccatorum remissiones, absolutiones, privilegia, prærogativas, atque Indulta spiritualia, & temporalia, aliasque insignes gratias eidem Ordini, & præcipue Fratribus Minoribus, qui à Regulari Observantia uncupantur, & Beatae Clares, ac Tertio de Penitentia appellato Ordinibus confferunt, atque Apostolica auctoritate impertiti fuerunt: Alii demum ad quascumque contentiones extinguendas, pacem retinendam, unitatem, disciplinamque religiosam servandam, & Prælatorum, Ministrorumque Regularium electionem ritè & pacifice peragendam, ejusdemque Ordinis sanctum, & felix regimen administrandum, præsentim eorumdem Fratrum de Observantia, Beatae Clares, & Terti Ordinum præfatorum multas Sanctiones, Ordinationes, Constitutiones, Declarationes, & Decreta ediderunt, ac promulgarunt, de quibus omnibus existunt Literæ Apostolicae tenoris sequentis, videlicet.

II.  
Modis  
hujus Con-  
stitutio-  
nes.

I. Honori

A N N O

1727.

III.  
Litteras  
Apostoli-  
cas Præde-  
cessorum  
Pontifi-  
cum, quæ  
hic specia-  
liter con-  
firmantur,  
enunciat,

- 1 Honorii III. incipientes : *Quia populares* : Pontificatus sui anno IX.
- 2 Aliæ Gregorii IX. incipientes : *Cum illorum* : Pontificatus sui anno III.
- 3 Aliæ ejusdem Gregorii incipientes : *Devotio-*  
*nis Vestra* : Pontificatus sui anno VI.
- 4 Aliæ ejusdem Gregorii incipientes : *Ad Audi-*  
*entiam* : IX. Kalendas Martii Pontificatus  
sui anno XIV.
- 5 Aliæ ejusdem Gregorii incipientes : *Quia con-*  
*fusio* : Idibus Decembris Pontificatus sui  
anno eodem.
- 6 Aliæ Alexandri IV. incipientes : *Ut in vestris* :  
V. Kalendas Julii Pontificatus sui anno I.
- 7 Aliæ ejusdem Alexandri incipientes : *Convenit*  
*ut Sacer* : XVII. Kalendas Novembris  
Pontificatus sui anno eodem.
- 8 Aliæ ejusdem Alexandri incipientes : *Mente*  
*sollertia* : VII. Kalendas Augulti Pontifica-  
tus sui anno V.
- 9 Aliæ Martini IV. incipientes : *Exultantes* : IV.  
Idus Februario, Pontificatus sui anno II.
- 10 Aliæ Nicolai IV. incipientes : *Quia nonnulli* :  
XI. Kalendas Maji, Pontificatus sui anno I.
- 11 Aliæ Bonifacii VIII. incipientes : *Inter cate-*  
*ros* : III. Idus Novembris, Pontificatus sui  
anno I.
- 12 Aliæ Eugenii IV. incipientes : *Ad Statum sin-*  
*gulorum* : IV. Idus Maji Pontificatus sui an-  
no I.
- 13 Aliæ ejusdem Eugenii incipientes : *Licet Ro-*  
*mani Pontificis* : Idibus Augusti Pontificatus  
sui anno IX.
- 14 Aliæ Nicolai V. incipientes : *Quia nonnulli* :  
X. Kalendas Maji Pontificatus sui anno I.
- 15 Aliæ ejusdem Nicolai incipientes : *Etsi cum-*  
*etorum* : XVII. Kalendas Februario Ponti-  
ficatus sui anno IV.
- 16 Aliæ Sixti IV. incipientes : *Cum semper* : IV.  
Maji Pontificatus sui anno I.
- 17 Aliæ ejusdem Sixti incipientes : *Sacrafancta*  
*Romana* : XII. Kalendas Decembris Ponti-  
ficatus sui anno III.
- 18 Aliæ ejusdem Sixti incipientes : *Dum singulos*  
*Regulares Ordines* : Kalendas Maji Pontifi-  
catus sui anno IV.
- 19 Aliæ ejusdem Sixti incipientes : *Ut vestris in*  
*bac parte* : III. Idus Junii Pontificatus sui  
anno eodem.
- 20 Aliæ ejusdem Sixti : *Quæ, & Mare magnum*  
*nuncupantur* : Pridie Kalendas Septembris  
Pontificatus sui anno eodem.
- 21 Aliæ ejusdem Sixti incipientes : *Scriptimus* :  
XXIV. Octobris Pontificatus sui anno VIII.
- 22 Aliæ ejusdem Sixti : *Quæ & Bulla aurea nu-*  
*cupantur* : VII. Kalendas Augulti Pontifi-  
catus sui anno eodem.
- 23 Aliæ Innocentii VII. incipientes : *Admonet*  
*Nos* : XIV. Kalendas Februario Pontificatus  
sui anno IV.
- 24 Aliæ Alexandri VI. incipientes : *Sacra Reli-*  
*gionis*: V. Februario Pontificatus sui anno VIII.
- 25 Aliæ Julii I. incipientes : *Hodie à Nobis* :  
XX. Kalendas Junii Pontificatus sui anno I.
- 26 Aliæ ejusdem Julii incipientes : *Alias ad sup-*  
*plicationem* : I. Junii Pontificatus sui anno VI.
- 27 Aliæ ejusdem Julii incipientes : *Charissimi in*  
*Christo* : I. Juli Pontificatus sui anno VIII.
- 28 Aliæ Leonis X. incipientes : *Notum fecimus* :  
VII. Januarii Pontificatus sui anno I.
- 29 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Religionis* :  
III. Februario Pontificatus sui anno eodem.
- 30 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Affectu bene-*  
*volentia* : XVI. Februario Pontificatus sui an-  
no eodem.

A N N O

1727.

- 31 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Dudum siqui-*  
*dem* : X. Junii Pontificatus sui anno II.
- 32 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Cum sicut No-*  
*bis* : XXIX. Martii Pontificatus sui anno III.
- 33 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Superioribus*  
*diebus* : XIV. Maii Pontificatus sui anno V.
- 34 Aliæ ejusdem Leonis : *Quæ Bulla Unionis nun-*  
*cupantur* : IV. Kalendas Junii Pontificatus  
sui anno eodem.
- 35 Aliæ ejusdem Leonis : *Quæ, & Bulla Concor-*  
*die nuncupatur* : Pridie Idus Junii Pontifi-  
catus sui anno eodem.
- 36 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Exponi No-*  
*bis* : XXIX. Julii Pontificatus sui anno eodem.
- 37 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Licet alias* :  
VI. Decembris Pontificatus sui anno eodem.
- 38 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Celebrato nu-*  
*per* : XI. Aprilis Pontificatus sui anno.
- 39 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Postquam*  
VII. Augulti Pontificatus sui anno eodem.
- 40 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Dudum per*  
*Nos accepto* : X. Decembris Pontificatus sui  
anno VII.
- 41 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Affectum be-*  
*nevolentia* : XI. Decembris Pontificatus sui  
anno VIII.
- 42 Aliæ ejusdem Leonis incipientes : *Etsi pro in-*  
*junctæ* : X. Januarii Pontificatus sui anno IX.
- 43 Aliæ Adriani VI. incipientes : *Exponi Nobis* :  
XXXI. Julii Pontificatus sui anno I.
- 44 Aliæ Clementis VII. incipientes : *Dum fructus*  
*uberes* : XXX. Maij Pontificatus sui anno II.
- 45 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Dum con-*  
*sideramus* : XVI. Aprilis Pontificatus sui  
anno III.
- 46 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Cum si-*  
*cuit Nobis* : XXVIII. Januarii Pontificatus  
sui anno VII.
- 47 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Vacanti-*  
*bus sub Religionis* : XIX. Septembris Ponti-  
ficatus sui anno VII.
- 48 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Accep-*  
*imus quod* : XX. Martii Pontificatus sui  
anno VIII.
- 49 Aliæ Pauli III. incipientes : *Altitudo divini* :  
Kalendas Junii Pontificatus sui anno III.
- 50 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Dudum siqui-*  
*dem* : XIV. Januarii Pontificatus sui anno V.
- 51 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Dudum felicis* :  
XVII. Aprilis Pontificatus sui anno VI.
- 52 Aliæ ejusdem Pauli similiter incipientes : *Du-*  
*dum felicis* : XXXI. Martii Pontificatus  
sui anno X.
- 53 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Solet Romanus*  
*Pontifex* : XIX. Augulti Pontificatus sui  
anno XII.
- 54 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Cum sicut*  
*accepimus* : XVII. Maij Pontificatus sui  
anno XIII.
- 55 Aliæ Julii III. incipientes : *Pastoralis Officii* :  
pridie Nonas Octobris Pontificatus sui  
anno IV.
- 56 Aliæ Pauli IV. incipientes : *Ex clementi Sedis* :  
I. Julii Pontificatus sui anno I.
- 57 Aliæ Pii IV. incipientes similiter : *Ex clementi*  
*Sedis* : XXVII. Aprilis Pontificatus sui  
anno II.
- 58 Aliæ B. Pii V. incipientes : *Dum ad uberes* :  
XXIX. Julii Pontificatus sui anno I.
- 59 Aliæ ejusdem B. Pii incipientes : *Etsi Mendi-*  
*cantium* : XVII. Kalendas Julii Pontifica-  
tus sui anno II.
- 60 Aliæ ejusdem B. Pii incipientes : *Ex superne* :  
Kalendas Septembris Pontificatus sui anno  
eodem.

A N N O  
1727.

- 61 Aliæ ejusdem B. Pii incipientes : *Ea est officii nostri ratio* : V. Nonas Julii Pontificatus sui anno III.
- 62 Aliæ ejusdem B. Pii incipientes : *Romani Pontificis* : XIX. Julii Pontificatus sui anno VI.
- 63 Aliæ Gregorii XIII. incipientes : *Confuevit Romanus Pontifex* : VIII. Septembribus Pontificatus sui anno III.
- 64 Aliæ ejusdem Gregorii incipientes : *Quoniam Nobis* : VIII. Aprilis Pontificatus sui anno III.
- 65 Aliæ ejusdem Gregorii incipientes : *Pastoralis Officii* : XXII. Martii Pontificatus sui anno IX.
- 66 Aliæ ejusdem Gregorii incipientes : *Significatio Nobis* : XXXI. Decembribus Pontificatus sui anno XIII.
- 67 Aliæ Sixti V. incipientes : *Etsi Mendicantium* : XXVIII. Januarii Pontificatus sui anno I.
- 68 Aliæ ejusdem Sixti incipientes : *Romani Pontificis Providentia* : XXIX. Martii Pontificatus sui anno eodem.
- 69 Aliæ ejusdem Sixti incipientes : *Desolate Grecis* : VIII. Novembribus Pontificatus sui anno II.
- 70 Aliæ Clementis VIII. incipientes : *Cum sicut* : X. Maji Pontificatus sui anno IX.
- 71 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Viso Memoriali* : XXV. Januarii Pontificatus sui anno XI.
- 72 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Licit Sacro* : XII. Januarii Pontificatus sui anno XIII.
- 73 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Expositum Nobis* : XXVIII. Januarii Pontificatus sui anno eodem.
- 74 Aliæ ejusdem Clementis incipientes : *Quæcunque à Sede* : VII. Decembribus Pontificatus sui anno eodem.
- 75 Aliæ Pauli V. incipientes : *Expositum Nobis* : XXV. Junii Pontificatus sui anno IV.
- 76 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Cum inter Fratres* : XX. Novembribus Pontificatus sui anno XI.
- 77 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Pro parte* : III. Junii Pontificatus sui anno XIII.
- 78 Aliæ ejusdem Pauli incipientes : *Congregatio Sacrorum* : XXIII. Martii Pontificatus sui anno XV.
- 79 Aliæ Gregorii XV. incipientes : *Cum alias* : XVII. Augusti Pontificatus sui anno I.
- 80 Aliæ Urbani VIII. incipientes : *Romanus Pontifex* : XV. Martii Pontificatus sui anno I.
- 81 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Alias à felicis recordationis* : VII. Februarii Pontificatus sui anno II.
- 82 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Cum sicut Dilectus* : XXX. Jurii Pontificatus sui anno eodem.
- 83 Aliæ ejusdem Urbani incipientes similiter : *Cum sicut* : eisdem die, & anno.
- 84 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Exponi Nobis* : VIII. Augusti Pontificatus sui anno III.
- 85 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Expositum Nobis* : XIX. Februarii Pontificatus sui anno V.
- 86 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Ex incumbentiis* : IX. Januarii Pontificatus sui anno VII.
- 87 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Cum Procurator* : XXII. Martii Pontificatus sui anno IX.
- 88 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Exponi Nobis* : XII. Julii Pontificatus sui anno eodem.
- 89 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Cum sicut* : II. Martii Pontificatus sui anno XV.
- 90 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Exponi Nobis* : XXVIII. Julii Pontificatus sui anno eodem.
- 91 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Alias postquam* : IX. Decembribus Pontificatus sui anno XVII.
- 92 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Sacra Congregatio* : XXIX. Januarii Pontificatus sui anno XVIII.
- 93 Aliæ ejusdem Urbani similiter incipientes : *Sacra Congregatio* : X. Septembribus Pontificatus sui anno eodem.
- 94 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Justis, ac honestis* : III. Maji Pontificatus sui anni XX.
- 95 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Sacra Congregatio* : Eisdem die, & anno.
- 96 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Alias à Nobis* : X. Junii Pontificatus sui anno eodem.
- 97 Aliæ ejusdem Urbani incipientes : *Cum sicut* : XVII. Novembribus Pontificatus sui anno eodem.
- 98 Aliæ Innocentii X. incipientes : *Alias pro exequitione* : XXVII. Martii Pontificatus sui anno III.
- 99 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Sacra Congregatio* : XV. Decembribus Pontificatus sui anno eodem.
- 100 Aliæ Alexandri VII. incipientes : *Cum sicut* : XI. Junii Pontificatus sui anno V.
- 101 Aliæ ejusdem Alexandri incipientes : *Alias pro parte* : XXII. Junii Pontificatus sui anno IX.
- 102 Aliæ Clementis X. incipientes : *Exponi Nobis* : XXIII. Septembribus Pontificatus sui anno VI.
- 103 Aliæ Innocentii XI. incipientes : *Nuper à Congregatione* : XXVI. Novembribus Pontificatus sui anno III.
- 104 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Exponi Nobis* : XXVII. Novembribus Pontificatus sui anno IV.
- 105 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Alias ad supplicationem* : XVI. Septembribus Pontificatus sui anno IX.
- 106 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Alias pro parte* : XVI. Junii Pontificatus sui anno X.
- 107 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Exponi Nobis* : XVI. Octobris Pontificatus sui anno eodem.
- 108 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes similiter : *Exponi Nobis* : X. Februarii Pontificatus sui anno XII.
- 109 Aliæ ejusdem Innocentii similiter incipientes : *Exponi Nobis* : X. Aprilis Pontificatus sui anno eodem.
- 110 Aliæ Innocentii XII. felicis recordationis Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum incipientes : *Christifidellum* : XIV. Kalendas Martii Pontificatus sui anno III.
- 111 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Nuper pro parte* : VII. Aprilis Pontificatus sui anno eodem.
- 112 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Debitum* : XIX. Maji Pontificatus sui anno eodem.
- 113 Aliæ ejusdem Innocentii incipientes : *Alias à felicis memoria* : V. Decembribus Pontificatus sui anno VI. respectivè expeditæ.
- Cum autem, sicut eadem petitio continebat iidem Fratres Minores de Observantia Apostolicas largitiones, tam ante literas fel. mem. Leonis X. Antecessorum nostri incipientes : *Ita & Vos* : Universo Ordini Beati Francisci, quam post Leonem ad hæc usque tempora iisdem Fratribus de Observantia, Beatae Claræ, & Tertio de Penitentia Ordinibus, collata privilegia illæsa, & farta testa tueri optent, memoriam reperientes, per Sedem Apostolicam semel concef-

ANNO  
1727.

sa licet s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> numero approbata, & confirmata, si denuo Apostolice auctoritatis prae-  
fida fulciantur in suo robore magis perifere-  
re, & maximum pondus apud omnes Chri-  
stifideles obtinere, propterea iudicem Fratres  
Minores de Observantia p<sup>r</sup>ædictas literas A-  
postolicas nostra auctoritate approbari, con-  
firmari, & innovari cupientes, per eundem  
Josephum Mariam Nobis similiter supplicari  
fecerunt, ut dicti Ordinis Minorum stabili-  
tati, & decori juxta eorum vota consulere,  
deque Apostolica benignitate providere, ut  
in alio jam fecimus, dignaremur.

114 Dudum enim per quasdam literas nostras  
IV. Idus Decembris 1725. incipientes: Sol-  
licitudo Ecclesiæ: Inter alia superius indi-  
cata Constitutionem Pii Papæ V. cuius initium:  
*Dum ad uberes: Quā Ordines Re-*  
gulares Mendicantium utriusque sexus, res-  
que eorum à quibuscumque exactiōnibus, &  
vestigalibus eximuntur, de verbo ad verbum  
insertam confirmavimus, & Ordinem  
Fratrum Minorum Regularis, & Itri-  
etioris Observantiae inter quatuor Mendicantum  
Ordines comprehensum, ideoque  
privilegiis in eadem Constitutione expressis  
gaudere declarantes, illum ab omnium ve-  
stigalium onere, & literarum solutione,  
præsertim in Dominiis S. R. E. perpetuō  
exemimus, aliisque gratia Apostolicis cu-  
mulavimus.

115 Per alias etiam literas nostras Romæ da-  
tas apud Sanctum Petrum anno 1725. IV.  
Idus Decembris Pontificatus nostri anno II.  
incipientes: Paterna Sedi Apostolica: Alias literas, & privilegia à Romanis Pon-  
tificibus Antecelloribus nostris in Tertiarios  
quoscumque, eorumque Ordinem quo-  
modolibet collata, ipsosque Tertiarios ha-  
bitum Penitentia à Fratribus Minoribus de  
Observantia fumentes, & ab eis dependen-  
tes omnimode Jurisdictioni, & regimini  
Superiorum Generalium denuo subjecimus,  
& commendavimus.

116 Ad hæc per alias Literas nostras sub an-  
nulo Piscatoris Romæ pariter datas apud  
Sanctum Petrum die XIV. Februarii 1726.  
Pontificatus nostri anno II. incipientes:  
*Pastoralis Officii: Statuimus, & ordinavimus,* ut Fratres Minores de Observantia  
ubique terrarum tamen in Processionibus quam  
in publicis, & privatis actibus, & functionibus  
super omnes Fratres Reformatos Mi-  
nistro Generali totius Ordinis Minorum sub-  
jectos p<sup>r</sup>æcedentiā gauderent.

117 Mox per alias Roma datas apud San-  
ctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ  
1727, Kalendis Martii Pontificatus nostri  
anno III. incipientes: *Ex quo Sedes Apo-  
stolica: Concessimus, & indulsumus,* ut  
in Ecclesia BEATÆ MARIAE DE ARA  
CÆLI de Urbe Conventus eorundem Fra-  
trum Minorum Observantium Archiconfrater-  
nitatis Conceptionis Beatæ Mariae Virginis  
immaculata institueretur, cui aliae quæ-  
cumque Confraternitates aggregari possent,  
cum nonnullis Indulgencias in iisdem lite-  
ris latius adductis, quarum tenores p<sup>r</sup>æsen-  
tibus pro expressis haberi volumus.

118 Præterea Ecclesiis Ministro Generali ejus-  
dem Ordinis Fratrum Minorum subjectis  
Indulgencias Altaris privilegiati sub nonnullis  
modis, & formis concessimus, ut in  
Decreto ea de re die XIV. Decembris anni  
1725. vulgato plenius continetur.

IV.  
Aposto-  
licas Lite-  
ras in fa-  
vorem Or-  
dinis Mi-  
norum nu-  
per à se  
expeditas  
comme-  
morat.De Ex-  
emptione  
à Gabellis.De ple-  
na in Ter-  
tiarios Ju-  
risdictione.De Pra-  
cedentia  
super Re-  
formatos  
quoscum-  
que.De ere-  
ctione Ar-  
chiconfra-  
ternitatis  
Concep-  
tionis  
Immacula-  
tae in Ec-  
clesias Or-  
dinis.De Alta-  
ribus Pri-  
vilegiis  
perpetuis  
in Ordinis  
Eccliesiis.

119 Hodie vero per literas incipientes: Loca  
Sancta: Indulgencias, & Privilegia quæ-  
cunque ad Loca Sacra Palestina accedenti-  
bus, & Guardiano, & Fratribus Minoribus  
de Observantia ibidem morantibus, &  
exercitum Viae Crucis in Ecclesiis eorum-  
dem Fratrum peragentibus antea concessa,  
nostris quoque literis incipientibus: *Inter  
(a) plurima: (a) approbavimus, confirmavi-  
mus, extendimus, & ampliavimus, ut  
in iisdem nostris literis hodie confessis la-  
tiis exprimitur.*

Quare eidem Josepho Mariae speciale  
gratiam facere volentes, & à quibusvis Ex-  
communicationis, Suspensionis & Interdi-  
cti, aliquis Ecclesiasticis sententiis, censu-  
ris, & penis, si quibus quomodolibet  
innodatus existit, ad effectum præsentium  
tantum consequendum harum, serie absolu-  
ventes, & absolutum fore censentes, hu-  
jusmodi supplicationibus inclinati, appro-  
bationes jam dictas, explications, declara-  
tions, exemptions, immunitates, li-  
bertates, facultates, favores, indulgentias  
etiam plenarias, & animabus in Christi  
charitate defunctorum applicabiles, pecca-  
torum remissions, absolutions, privile-  
gia, & induita spiritualia, & temporalia,  
etiam quoad susceptionem Sacrorum Ordini-  
num extra tempora à jure statuta, absque  
exhibitione literarum Apostolicarum in for-  
ma Brevis, sed vigore privilegiorum per  
Apostolicam Sedem, vel exprefse, vel per  
viam Communicationis Regularibus conces-  
forum, ut nuper à Nobis ipsis in Concil-  
lio Lateranensi, & per Congregationem  
(b) particularē decretum est, (b) aliasque

121 gratias per modum etiam communicationis  
& extensionis cum aliis Ordinibus Mendicantum, & non Mendicantum, præsertim  
S. Benedicti, ac, quem Nos profeli sumus,  
Ordinis Prædicatorum, nec non Societatis  
Iesu; Item Sanctiones, Ordinationes, De-  
creta, Moderationes, Constitutiones, tamen in  
Universi Ordinis Beati Francisci sub Fra-  
trum Minorum tantum, aut sub alia quæ-  
cumque denominatione, quæ huc pro ex-  
prefla habeatur, quam in eorundem Fra-  
trum Minorum Observantium, Beatæ Clা-  
re, & Tertii de Penitentia Ordinum,  
quorum privilegiorum confirmatio per Nos  
facta, salva & illæsa persistat etiam quoad Su-  
periores, Fratres, Moniales, Sorores eoru-  
dem trium Ordinum, Personasque quas-  
cumque, & Procuratores, & Syndicos quo-  
rumvis Conventuum, ipsosque Conventus,  
Monaferia, Domus Regulares, Ecclesiæ,  
& alia Loca, etiam quoad ritum celebra-  
tionis Missarum, recitationis horarum Ca-  
nonicarum, & aliarum precum, ac Festa  
Sanctorum Ordinis Minorum.

Confirmamus etiam superius memoratas  
Literas Apostolicas, in iis quæ præsentem  
statum pacificum aliorum Ordinum Beati  
Francisci nulla in re perturbant, & præ-  
cipue Literas Apostolicas p<sup>r</sup>ædictorum An-  
tecelorum nostrorum Romanorum Pontifi-  
cum, & alias quæcumque Apostolicas lit-  
eras quomodocumque editas, atque vul-  
gatas, dummodo earum existentia legiti-  
mè, & validè comprobetur, etiam ex-  
dom Literæ s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> concessæ fuissent, quas  
omnes, & singulas, inque iis contenta que-  
cumque, atque inde postea legitimè dedu-  
cta, pariter confirmamus, una cum rescri-  
ptis

ANNO  
1727.  
De Pri-  
vilegio-  
rum Terræ  
Sanctæ  
Confir-  
matione, &  
Exercitii  
Viae Cru-  
cis appro-  
batione,

V.  
Præmis-  
fa omnia  
amplissime  
confirmat,  
& appro-  
bat.Posse ex-  
tra tempo-  
ra ordinari  
declarat.Commu-  
nicatio-  
nem Pri-  
vilegiorum  
tum FF.  
Prædicatori-  
bus ante ea  
concecum  
confirmat,  
& cum Or-  
dine S. Be-  
nedicti, &  
Societate  
Iesu ex-  
prefse con-  
cedit.VI.  
Confir-  
matio Ge-  
neralis om-  
nium Pri-  
vilegiorum  
Ordinis e-  
tiam hic  
non expre-  
sorum in iis  
que pacifi-  
cum statutum  
aliorum Or-  
dinum fe-  
cundæ, &  
tertiae Re-  
gulæ no*n*a  
perturbant,

ANNO  
1727.

## VII.

Nonnulla  
la Decreta  
in favore  
Syndicorum  
edita, ex pre-  
se appro-  
bat.

ptis per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales inde confectis in favorem ditorum Fratrum; Volentes, ut hic pro sufficienter expressis, atque insertis tenores eorundem rescriptorum, & literarum cum omnibus clausulis, decretis, & dero gationibus suis habeantur.

Una cum his præterea confirmamus duo alia Decreta per eodem Venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Immunitati Ecclesiastice tuendæ prepositos, quorum prius editum est die X. Maii 1659. (c) quo 122 Procuratores, & Syndici Fratrum Minorum de Observantia ex literis Apostolicis fel. mem. Antecessoris nostri Clementis Papæ VII. gaudent declarantur privilegio fori in causis civilibus, criminalibus, & mixtis, nec posse compelli ad exercenda munia publica Communitatis, nec ab ullo molestari, nisi coram legitimo Conservatore. Alterum verò die XIV. Januarii 1698. vulga tum (d) quo Agentes Monasteriorum Minalium Ordinis Beatae Clares exempti dicuntur à repressaliis.

Confirmamus item Declarationem S. R. E. Cardinalium bono Regimini Præpositorum die XXIV. Januarii 1599. factam, (e) quo 124 singuli Apostolici Syndici pro singulis Con ventibus Fratrum Minorum Observantium legitimè deputati à solutione Collectarum in oneribus Communitatum exempti esse staruntur.

Demum confirmamus, & perpetuò approbamus quæcumque alia Decreta, Apostolicasque Declarationes per eisdem S. R. E. Cardinales quandocumque, & quomodo cumque vulgaris pro Fratribus Minoribus Observantibus, & Beatis Claræ, ac Ter tate Penitentia Ordinibus, dummodo ejusmodi Literæ, & Declarationes Concilii Tridentini Decretis non adversentur: In plenam etiam observantiam, pristinum, & validissimum statum restituimus, revocamus, innovamus omnia, & singula præmissa, & quatenus opus est, ea omnia de nō concedimus, & indulgemus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicae firmi tatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, aut facti quacumque solemnitatum de jure, usi, consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, ac in præmissis fortasse omisarum, nec non quocumque alios, quantumvis substantiales defectus, si qui forsan quomodolibet reperi entur, auctoritate nostrâ supplemus.

Volumus autem, presentes nostras Literas, & in eis, ut dictum est, contenta quæcumque, semper validas, & efficaces esse, & fore, suosque totos plenarios, & integras effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, neque ulla unquam tempore ex quocumque capite, etiam in Corpore Juris expresso, aut ex aliqua causa, quantumvis pia, legitima, privilegiata, & juridica, ex eo etiam quod quicunque in præmissis, & circa ea quomodolibet ex qualibet causa, ratione, actione, vel occasione jus, aut interesse habentes, vel se habere prætententes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & cause, proper quas eadem presentes Literæ prodierint, adductæ, verificatae & justificatae non fuerint, de subreptionis vel

obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vi tio, vel intentionis nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substanciali, inex cogita to, ac specificam, & individuam mentionem requirenre defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumve aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, ser vata, & adimplenta non forent, aut ex quo cunque alio colore, prætextu, ratione, aliave causa, etiam tali, que ad effectum val ditatis præmissorum necessariò exprimenda esset, notari, invalidari, retractari, limitari, in fringi, restrinxi, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci non possint, & nemo contra eas restitu tions in integrum, aperitionis oris, aut aliud quocunque facti, vel gratiæ remedium im petrare, seu quomodolibet, etiam motu proprio concesto uiri, vel se juvare in iudicio, vel extra illud valeat, nec eisdem præsentibus sub quibusvis similium gratarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliquæ contraria dispositionibus per Nos etiam, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tem pore existentes, etiam die proxima post eorum assumptionem, vel alias motu similis, & consistorialiter, etiam si de his nostris præsentibus specialis mentio fieret, pro tempore factis, & faciendi comprehendendi, sed semper ab illis exceptas esse volumus, & quotiescumque illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac denudò etiam sub quocumque posteriori data concessas esse, & fore decernimus.

Sicque, & non alias per quocumque Iudic es Ordinariis, vel Delegatis, quævis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palati Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios judicari, & definiri debe re volumus: Quidquid locus super his à quo quam quavis auctoritate scienter vel igno rante contigerit attentari.

Quocirca dilectis Filiis, nostro dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nun cupatorum Cardinali Protectori, nunc, & pro tempore existenti, seu in illius absentia, vel defectu alteri ex parte S. R. E. Cardinalibus munus Protectoris hujusmodi gerenti, ac cauſarum Curia Camera Apostolica Generali Auditori per eisdem præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, vel alios eisdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties defuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, faci ant auctoritate nostra plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere, non permittentes quemquam contra præsentium tenorem super his quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, contradictores quo libet, & rebellæ per Sententias, Censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Sacularis.

Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apo stolicæ regulis de non tollendo jure quæsito, & Constitutione fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. simili-

ANNO  
1727.

X.  
Decretum  
irritans,

XI.  
Cardinalis  
Prote  
ctor Ordin  
nis, vel  
etiam Au  
ditor Ca  
meræ eas  
faciant in  
viabiliti  
ter obser  
vari.

XII.  
Clausule  
derogato  
rie,

## VIII.

Quæcumque alia  
Decreta  
favo tri  
um Ordin  
num Beati  
Francisci  
emanata,  
& Literas  
omnes  
Prædece  
forum,  
quamvis  
revocatas,  
innovat,  
& tenuo  
concedit,  
dummo  
do Concil.  
Trid. non  
adver sen  
tur.

## IX.

Clausulae  
præser  
vativæ  
harum Li  
terarum.

A N N O  
1727.

ter Prædecessoris Nostri, quā cavitur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel alias vices suas committere audeant, seu præsumant, ac in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque quibusvis in contrarium præmisitorum forsitan quomodolibet editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provincialibus, & Capitalibus dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncuparorum, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Nos ipsos, & Sedem prædictam cum quibusvis irritativis, annulativis, caſſativis, revocativis, modiſicativis, præſervativis, exceptivis, reſtitutivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogativis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam moru parti, ac confiſtorialiter, aut alijs quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmisitorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, exprefa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſo habenda, aut aliqua alia exquita forma ad hoc fervanda fore, illorum omnium, & ſingulorum tenores preeſentibus pro plenē, & ſufficienter expreſſis, & insertis habentes, illis alijs in ſuo robore permifuris, latiffimè, & pleniffimè, ac ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis qui- buſcumque.

XIII.  
Harum exemplis omnimoda fides habeatur.XIV.  
Nemo hanc Conſtitutionem inſtingere audeat.

Volumus autem, ut earumdem preeſentium literarum tranſumptis, manu alicuius ex Secretariis Miniftri, vel Commissarii generali Ordinis eorumdem Fratrum de Observantia, ſeu Notarii publici ſubscriptis, & Sigillo Officii ejusdem Miniftri, vel Commissarii, aut Procuratoris generalis ipsius Ordinis, vel alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate conſtitutas munitis, eadem prouis fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ preeſentibus ipſis adhibetur, ſi forent exhibatae, vel oſtenſae.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, novæ confeſſionis, roboris, adiectionis, defectuum ſupplementationis, Decreti, Mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſt temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare preeſumpferit, indignationem Omnipotenti Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoftolorum ejus ſe noveri incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo ſeptingentesimo vigesimo ſeptimo ſ. Nonas Aprilis Pontificatus Nostri anno III.

P. Cardinalis Prodatarius.

P. Cardinalis Oliverius.

Vifa de Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

A N N O  
1727.

XXXVII.

Constitutio, quā privilegia Ordini Prædicatorum à S. Sede haec tenus indulta confirmantur, innovantur, extenduntur, declarantur, ac novis etiam confeſſionibus ampliantur, cum necessariis, & opportunis derogationibus.

## B E N E D I C T U S EP I S C O P U S,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ſ. r.

P R E T I O S U S in conſpectu Domini Fratrum Prædicatorum inclitus Ordo, quem Divinus Sponſus, ad cumulandos dilecta Sponſæ ſuæ Sacroſanctæ Eccleſia in Terris militanti cæleſtes Triumphos, excitavit, & quem Nos ab ineunte ætate noſtra expreſſe profeffi sumus, promeretur, ut ea, que ob innumerā, & in dies adoleſcentis erga Sedem Apoftolicam merita, de plurim Romanorum Pontificum Prædecessorum Noſtrorum, diversiſ ſic meritiſ & ipſiſ exigentibus temporib⁹, gratiā proceſſerunt, in unum à Nobis redigantur, approbantur, conſiſtantur, & de novo, novis etiam ſuperventiſ meritiſ, condeſtantur, ut ex eis omnibus ſic in unum redactiſ, debita Privilegiorum ampliudo, & ex ea altitudo apparet meritorum, & Ordo ipſe in Nobis Filii expertus obedientiam, & reverentiam, paterni nunc quoque, Divina ſic diſponente bonitate, noſtri amoriſ affectum experiat, & liberalitatē. Hinc Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod Litteræ ſuper Indulgentiis non expediantur ad inſtar, niſi ſpecificentur, Ordinem Prædicatorum hujuſmodi amplioribus gratis, & favoribus profeſqui volentes, ac dilectos Filios Fratrem Thomam Ripoll Magiſtrum, & Fratrem Angelum Guilleſum Molium Procuratorem Generales Ordinis, omnesque, & ſingulos illius Superiores, & Fratres, alias perfonas ſuo loco ſubjugendas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdiſti, aliisque Ecclesiasticis ſententiis, cencuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latiſ, ſi quibus quomodolibet innoſati exiſtunt, ad effectum preeſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie absolventes, & absolutoſ fore cefſentes, nec non omnium, & ſingulorum inſcriptorum Romanorum Pontificum Prædecessorum & Noſtrorum mox referendarum Litterarum, Congregationum Decretorum, inferiū dicendorum, reſpectiū tenores preeſentibus, perinde ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerti forent, pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc Nobis oblate petiſionis instantiam, fed ex certa ſcientia, meriſque deliberatione, & liberalitate noſtriſ, de que Apoftolicae Potestatis plenitudine, eidem Ordini omnes, & ſingulaſ ſucessiū recenſendas, ac alias quascumque gratias, exemptiones, Indulgenciās, & peccatorum remiſſiones, nec non confeſſionis cuiuscumque generis, conditionis, & ſpeciei, Fratribus, & Sororibus quibuscumque prædicti Ordinis Prædicatorum, ac etiam Tertiī Ordinis de Penitentia S. Dominici nuncupatis, de Apoftolica largitate confeſſas tam generaliter, quam ſpecialiter, & in individuo, conſtammas, innovamus, & quatenus opus fit, de novo concedimus.

Proemi-  
um.Motiva  
hujus Conſtitutionis